et procuratorem et quicquid melius dici et esse potest ad firmandum et contrahendum nomine ipsius constituentis matrimonium per verba de presenti cum illustri principe domino marchione Federicho genito quondam illustris principis et domini Federici marchionis Missniensis aut cum illustri principe domino marchione Guillelmo aut cum illustri principe domino marchione Georgio fratribus suprascripti domini marchionis Federici, videlicet cum illo ex tribus predictis dominis marchionibus, de quo dicto Paganino videbitur et placuerit ꝛc., ut lacius constat publico instrumento procurationis tradito per Petrum de Cantono notarium anno et indictione presentibus die secundo mensis novembris[a]), cumque dicta domina Anglexia contra dictum Paganinum eius procuratorem suspitionem acceperit ac per hoc de ipsius fide ceperit nec immerito dubitare, idcircho iustissimis ex causis dicta domina Anglexia in conspectu, voluntate et consensu illustrissime et excellentissime domine domine ducisse consortis prefati illustrissimi principis et domini domini ducis Mediolani ꝛc. omnibus meliori iure via modo causa et forma, quibus melius validius et solemnius potuit et potest, et cum interventu omnium solemnitatum tam iuris quam facti in talibus opportunarum mandatum, quod dicto Paganino et potestatem dederat, ex nunc revocat et expresse publici huius instrumenti tenore eidem Paganino prohibet, ne ulterius in predicto procedat matrimonio contrahendo nec eius assensum prestet nec se de ipso aliquatenus intromittat, perinde ac si nunquam mandatum ab ipsa domina Anglexia habuisset, mandans ipsa domina Anglexia michi notario infrascripto, ut de premissis publicum confitiam instrumentum, presentibus spectabilibus viris domino Filipino de Milliis legum doctore prefati domini ducis consciliario et domino Alberteto de Vicecomitibus filio quondam .... *(sic)* inde testibus.

(Sign. not.) Ego Catelanus de Christianis publicus Papiensis apostolica imperialique auctoritatibus notarius scribaque prelibati domini ducis Mediolani ꝛc. hanc cartam michi fieri iussa rogatus tradidi et subscripsi.

(Sign. not.) Ego Ferrarius de Fragiis condam Georgii de Valentia publicus imperiali auctoritate notarius hanc cartam iussu suprascripti notarii scripsi et me in premissorum testimonium subscripsi.

228.

Dresden, 1399 Febr. 23.

Hdschr.: Or. Perg. Gemeinschaftl. Archiv Weimar Reg. F fol. 157 E No. XXXVI 2. Das S. an Pergamentstr.
Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 2,280.
Anm.: An demselben Tage (des anderen sondages in der vasten) *fand in Perleberg eine Zusammenkunft des Königs Albrecht von Schweden, des Markgrafen Wilhelm, des Markgrafen Jost von Mähren und der Herren von Wenden (der Fürsten von Werle) statt, auf welcher der Landfriede von 1395 Dez. 9 (Cod. dipl. Sax. I B. 1,482 No. 634) erneuert wurde. Detmar in Chroniken der deutschen Städte, Lübeck 2,109; vergl. Heidemann Die Mark Brandenburg unter Jobst v. Mähren 69. Eine urkundl. Bestätigung liegt nicht vor. Wenck 118 hält die Zeitangabe für falsch, da Markgraf Wilhelm damals (in Dresden) den Treueid des Bischofs Thimo von Meißen entgegengenommen habe, und vermuthet, daß der Tag schon im Dezember 1398 stattgefunden habe; allein der Wortlaut des Gelöbnisses macht nicht die Annahme einer persönlichen Anwesenheit des Fürsten nothwendig, der Bischof kann den Eid sehr wohl in die Hände eines seiner Beamten abgelegt haben. — Schutzversprechen des Markgrafen Wilhelm und seiner Gemahlin Elisabeth für*

227. *a) Dies Instrument hat sich nicht auffinden lassen.*